Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

, 45.

Leopoldi ducis Austriæ filii de Astrorum scientia, tractat. X.

Cod. XXIIX.

Chartac. Fol. minor. fol. 15.

1.
2.4.

Continet Leopoldi Ducis Austriæ X. tractatus de astrorum scientia, ab ipso ex variis authoribus transcriptos et in epitomen redactos. Initium operis est: "Gloriosus Deus et sublimis!" Paulo post in prefatione legitur: "Ego "sum, inquam, Leopoldus Ducatus Austriæ filius, qui post "longum et continuum studium Astronomiæ, habeo ad ho- "norem Dei tenaciter in intentione, omnia, quæ de Astrorum "scientia comprehendi, in unum volumen reducere. De mo- "tibus autem, quia multi de his copiose scripserunt et pro- "dixerunt, sumarie pertransibo, ut possum utilius effectibus "imotari. De quibus licet sufficienter scripserunt Philo- "sophi, nullum tamen ex eis inveni, qui librorum diver- "sorum sententias in unum colligeret, et ita studenti- "bus compendium generaret. Ad hoc ergo meum generale "et comune propositum Supplicite invoco Dei potentiam, "ut in suo servitio me confirmet, ejusque sapientiam, ut "meum intellectum illuminet, et suam bonitatem, quod "sui gratia me conservet. – – – " Incipit compilatio "Leopoldi Ducatus Austriæ filius de astrorum scientia. "Nomen auctoris non quæratur, non enim unus Auctor, sed "plurimi extiterunt auctores. Ego – fidelis illorum fui "observator, et diligens compilator." Postea sequuntur decem tractatuum tituli, quorum primus est de Sphæris et earum circulis et motibus. Tractatu 9no et sequen- tibus posissimum agitur de Astrologia judiciaria. In fine Tract. 10. habetur: "Explicit Leopoldus de Austria." Restant insuper quatuor folia, negligentia Bibliopegi ad calcem locata, quæ Tractatui 8vo jungi debent. Bibliothecæ Ms.: quod etiam in Biblioth. Cæs. vindob. asservatur; typis excusum est, August. Vind. ao 1489. per Erhard. Ratold, et Venet. 1520. per Melch. Sessam, in 4. Sub isto titulo: Compilatio Leupuldi Ducis Austriæ filii de Astrorum scientia.

Qualis Leopoldus is fuerit, nil certi apud Scriptores invenire potui. Nonnulli autumant fuisse Leopoldum VII. Leopoldi Virtuosi filium, et Gloriosum dictum. Ita Zoecher in Lex. suo. Auctor Lexici univers., et Hic- cicolus, qui in Almagesto novo Part. I. Chronic. parte 2. pag. XL. hoc habet: "Leopoldus de Austria Astrologus magnæ famæ floruit circa annum 1200." cujus verba exscripsit Fabr. Bibl. med. et inf. lat. t. II. p. 270.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

, 46.

Hoffmann autem in Lex. Univ. T. 2. p. 789. filium naturalem Alberti III. Archid. Austriæ, nomine Leopoldum, Vindobonæ Matheseos docuisse, et ibidem primum hujus scientiæ Professorem circa an. 1384. asserit. Adeat, qui possit, Scriptores de Acad. Vienensi, Geor. Eder, Car. Musartum, et Jos. Zeichenaw.

Cod. XXIX.

J. 3. 5.

Chartac. Fol. min. Sæc. 16.

Gregorii Hageni vel Matthæi Cujusdam Chronicon Austriæ.

Ex Bibliotheca Schwandneri

Ex Bibliotheca Cariss. D. J. G. Schwandneri austriaci Stadelkirchensis ao 1777. comparatus, cujus cura titulus hic deficiens ex Mss. Bibliotheca Gothana ao 1757. mutuatus est, et opus ita inscriptum: "Die "Hochlöblichen Landts Fursten und Erzherzogthum "Osterreich Anfang und Herkomen; Der Herren und "Landts Fursten Regierung bis auf Herzog Wilhelm "und Herzog Albrechten, ist beschrieben durch den "Erbarn Gregorio Hagen im Jahr 1406."

Ifte igitur Codex continet Chronicon Austriæ inceptum a primis hujus soli incolis, et usque adan. reparatæ salutis 1398. perductum, vel a Matthæo quodam (: ut Gundelfingius scribit :) vel a mox memorato Gregorio Hageno, quemadmodum cl. J. Chr. Salom. Cyprianus contendit in Catalogo Mss. Bibliothecæ gothanæ a se typis evulgato. Sed quoniam in hoc

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 28

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1727

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)